



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum religio consistat tantum in ordine ad Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

nem. Eusebia uerò dicitur, quasi bonus cultus, unde est idem quod religio: ideo de ea dicitur, quod est scientia Dei famularus. Et loquitur secundum modum, quo Socrates dicebat omnes uirtutes esse scientias: & ad idem reducitur sanctitas, ut postea dicitur. Eucharistia autem est idem, quod bona gratia, quam Iulius ponit, sicut & uindicariam. Benignitas autem uidetur esse idem cum affectu, quem ponit Macrobius. Unde & Irido, dicit in lib. Etymol. quod benignus, est uir sponte ad bene faciendum paratus, & dulcis ad eloquium. Et ipse Andronicus dicit, quod benignitas est habitus uoluntarie benefactiuus. Liberalitas autem uidetur ad humanitatem pertinere.

AD QUINTVM dicendum, quod epicheia non ad iungitur iustitiæ particulari, sed legali: & uidetur esse idem cum ea, quæ dicta est cognominosa.

¶ Super Questionis octuagesime prima articulum primum.

QVAESTIO LXXXI.

De religione, in octo articulos diuisa.

In q. 81. artic. 1.

Nota quod quemadmodum in precedenti libro didicimus, peccatorum distinctio penes hoc, quod sunt in Deum, seipsum, proximum, reliquis dictionibus anteponitur. Attendendum enim non ad rationes, sed ad personas ipsas, in quas solas peccare contingit. Nullum namque peccatum est, si contra personam nullam est, cum solius intellectualis naturae subsistentes res, quas personas dicimus, offendi possint. Ita inter uirtutes, quaedam hominem perficiunt ad seipsum, ut temperantia: quaedam ad proximum, uel iustitia: quaedam ad Deum, uel religio. Quorū modis enim dicitur unum oppositorum, ut dicitur & reliquum. Religio ergo bonum reddit hominem, & opus eius in ordine ad Deum dicitur & proxime: quia hic est proximus finis eius, ut homo recte ad Deum se habeat, sicut temperantia proximus finis est, ut homo in seipso sobrius sit: & iustitia, ut proximo reddat quod suum est.

¶ In eodem articulo, circa derivationem uocabuli religionis, male consonant uiri illustres. Nam Cicero a relegendo libros dicitur in cultus. Lactantius a religando, nes Deo. Augustinus a relegendo Deum, quem dimissimus, religionis nomen deducit. Nec

¶ **D**EINDE considerandum est de singulis partibus prædictarum uirtutum, quantum ad præsentem intentionem pertinet. Et primo considerandum est de religione. Secundo, de pietate. Tertio, de obseruantia. Quarto, de gratia. Quinto, de uindicta. Sexto, de ueritate. Septimo, de amicitia. Octauo, de liberalitate. Nono, de epicheia. De alijs autem hic enumeratis, supra dictum est, partim in tractatu de charitate scilicet de concordia, & alijs huiusmodi: partim in hoc tractatu de iustitia, sicut de bona commutatione, & innocentia. De legispositiua autem in tractatu de prudentia.

CIRCA religionem uerò tria consideranda occurrunt.

Primo quidem, De ipsa religione, secundum se. Secundo, De actibus eius. Tertio, De uitijs oppositis.

CIRCA primum quaeruntur octo.

¶ Primo. Vtrum religio consistat tantum in ordine ad Deum.

¶ Secundo. Vtrum religio sit uirtus.

¶ Tertio. Vtrum religio sit una uirtus.

¶ Quarto. Vtrum religio sit specialis uirtus.

¶ Quinto. Vtrum religio sit uirtus theologica.

¶ Sexto. Vtrum religio sit præferenda alijs uirtutibus moralibus.

¶ Septimo. Vtrum religio habeat exteriores actus.

¶ Octauo. Vtrum religio sit eadem sanctitati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum religio ordinet hominem solum ad Deum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod religio non ordi-

net hominem solum ad Deum. Dicitur enim Iac. 1. Religio mundata, & immaculata apud Deum & patrem, hac est, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc saeculo: sed uisitare uiduas, & pupillos dicitur secundum ordinem ad proximum. Quod autem dicit, Immaculatum se custodire ab hoc saeculo, pertinet ad ordinem, quo ordinatur homo in seipso, ergo religio non solum dicitur in ordine ad Deum.

¶ 2 Præter. Aug. dicit in 10. de ciuitate Dei, quia latina loquendi consuetudine non imperitorum tantum, uerum et doctissimorum, cognationibus humanis, atque ad finitibus, & quibuscumque necessitudinibus dicitur exhibenda religio, non eo uocabulo uirtutis ambiguum, cum de cultu diuinitatis uertitur quaestio, ut fidenter dicere ualeamus, religionem non esse, nisi cultum Dei, ergo religio dicitur, non solum in ordine ad Deum, sed etiam in ordine ad propinquos.

¶ 3 Præter. Ad religionem uirtutis latraria pertinet. Latraria enim interpretatur seruitus, ut Aug. dicit in 10. de ciuitate Dei. Scribere autem non solum debemus Deo, sed etiam proximis, secundum illud Gal. 5. Per charitatem spiritus seruire inuicem: ergo religio importat ordinem etiam ad proximum.

¶ 4 Præter. Ad religionem pertinet cultus: sed homo dicitur non solum colere Deum, sed etiam proximum, secundum illud Caroli, Cole parentes, ergo etiam religio nos ordinat ad proximum, & non solum ad Deum.

¶ 5 Præter. Omnes in statu salutis esse debent subiecti. Non autem dicitur religio nisi in statu salutis, sed solum illi, qui quibusdam obseruantijs, & ad obediendum subiecti sunt. Non autem dicitur religio nisi in statu salutis, sed solum illi, qui quibusdam obseruantijs, & ad obediendum subiecti sunt. Non autem dicitur religio nisi in statu salutis, sed solum illi, qui quibusdam obseruantijs, & ad obediendum subiecti sunt.

SED CONTRA est, quod a Tullio dicitur, quod religio est quaedam uirtus, nam uocant, quæ cultum, uel cetera.

RESPON. Dicendum, quod sicut Augustinus dicit, Religiosus, ut ait Cicero, a religendo dicitur, & tanquam religendo cultum diuinum pertinet. Et sic religio dicitur a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum. Quamuis etiam possit intelligi religio a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum. Et sic religio dicitur a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum. Et sic religio dicitur a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum.

est siue dicatur religione, religio proprie importat ordinem ad Deum. Ipse enim est, cui principaliter alligari debemus tamquam in deficiente principio, ad quem etiam nostra electio affidue dirigi debet, sicut in ultimo in finem, quem etiam negligenter peccando amittimus, & credendo, & fidem protestando recuperare debemus.

Ad primum ergo dicendum, quod religio habet duplices actus, quosdam quidem proprios, & immediatos, quos elicit, per quos homo ordinatur ad Deum, sicut sacrificare, adorare, & omnia huiusmodi. Alios autem actus habet, quos producit mediatis virtutibus, quibus imperat, ordinat eos ad diuinam reuerentiam, quia scilicet virtus, ad quam pertinet finis, imperat virtutibus, ad quas pertinent ea, quae sunt ad finem. Et secundum hoc actus religionis per modum imperij ponitur esse, visitare pupillos, & viduas in tribulatione cordis, quod est actus elicitus a misericordia. Inmaculatum autem se custodire ad hoc saeculo, imperatiue quidem est religio, elicitue autem temperantiae, vel aliquid huiusmodi virtutis.

Ad secundum dicendum, quod religio refertur ad ea, quae exhibentur cognitionibus humanis, extendit nomine religionis, non autem secundum quod religio proprie dicitur, unde Augustinus parum ante verba inducta, praemittit Religio distinctus non quilibet, sed Dei cultum significare videtur.

Ad tertium dicendum, quod cum seruus dicatur ad dominam, necesse est quod ubi est propria, & specialis ratio dominij, ibi sit specialis, & propria ratio seruitutis. Manifestum est autem, quod dominium conuenit Deo secundum propriam, & singularem quaedam rationem, quia scilicet ipse omnia fecit, & quia summum in omnibus rebus obinet principatum: & ideo specialis ratio seruitutis ei debetur. Et talis seruitus nomine latrae designatur apud Graecos, & ideo ad religionem proprie pertinet.

Ad quartum dicendum, quod colere dicuntur homines, quos honorificatione, vel recordatione, vel praesentia frequentamus. Et etiam aliqua, quae nobis subiecta sunt, colunt a nobis dicuntur: sicut agricolae dicuntur ex eo, quod colunt agros, & incolae dicuntur ex eo, quod colunt loca, quae inhabitant. Quia tamen specialis honor debetur Deo, tamquam primo omnium principio, etiam specialis ratio cultus ei debetur, quae graeco nomine uocatur eusebia, vel theosebia, ut patet per Augustinum de ciuitate Dei.

Ad quintum dicendum, quod religiosi, quamuis dici possint communiter omnes qui Deum colunt, specialiter tamen religiosi dicuntur, qui totam vitam suam diuino cultui dedicant, a mundanis negotijs se abstrahentes. Sicut etiam contemplatiui dicuntur, non qui contemplantur, sed qui contemplationi totam vitam suam deputant. Huiusmodi autem non se subiciunt homini propter hominem, sed propter Deum, secundum illud Apostoli Galat. 4. Sicut angelum Dei excepistis me, sicut Iesum Christum.

ARTICVLVS II.

Utrum religio sit virtus.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod religio non sit virtus. Ad religionem enim pertinere videtur Deo reuerentiam exhibere: sed reuereri est actus timoris, qui est donum, ut ex supra

dictis patet: ergo religio non est virtus, sed donum.

¶ 2. Præter. Omnis virtus in libera voluntate consistit: unde dicitur habitus electus, vel voluntarius: sed sicut dictum est, ad religionem pertinet latra, quae seruitutem quandam importat, ergo ad religionem pertinet latra, quae seruitutem quandam importat. ergo religio non est virtus.

¶ 3. Præter. Sicut dicitur in 2. Eth. Aritudo virtutis inest nobis a natura: unde ea, quae pertinent ad virtutes, sunt de dictamine rationis naturalis: sed ad religionem pertinet caeremoniam diuinam naturae afferre: caeremonialia autem, ut dictum est supra, non sunt de dictamine rationis naturalis. ergo religio non est virtus.

SE D CONTRA est, quia connumeratur alius virtutibus, ut ex praemissis patet.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, virtus est, quae bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Et ideo necesse est dicere omnem actum bonum ad virtutem pertinere. Manifestum est autem, quod reddere debitum alicui habet rationem boni, quia per hoc quod aliquis alteri debitum reddit, constituitur in proportione conuenienti respectu ipsius, quasi conuenienter ordinatus ad ipsum. Ordo autem ad rationem boni pertinet, sicut & modus, & species, ut per Augustinum patet libro de natura boni. Cum ergo ad religionem pertineat reddere honorem debitum alicui, scilicet Deo, manifestum est quod religio virtus est.

Ad primum ergo dicendum, quod reuereri Deum est actus doni timoris. Ad religionem autem pertinet facere aliqua propter diuinam reuerentiam: unde non sequitur quod religio sit idem quod donum timoris, sed quod ordinat ad ipsum, sicut ad aliquid principalius. Sunt enim dona principaliora virtutibus moralibus, ut supra habitum est.

Ad secundum dicendum, quod etiam seruus potest voluntarie exhibere domino suo quod dedit, & sic facit de necessitate virtutem, debitum voluntarie reddens. Et similiter exhibere Deo debitam seruitutem, potest esse actus virtutis, secundum quod homo voluntarie facit.

Ad tertium dicendum, quod de dictamine rationis naturalis est, quod homo aliqua faciat ad reuerentiam diuinam: sed quod haec determinate faciat, uel illa, istud non est de dictamine rationis naturalis, sed de institutione iuris diuini, uel humani.

inert causam formalem. Ex hoc enim quod virtus est, quae formaliter facit bonum habentem, & opus eius quasi formaliter reddit bonum, arguitur auctor necessitatem virtutis ex actu bono: & vere sic est. Nam intelligendo per actum bonum, ut in 2. Ethico, describitur, actum scilicet bonum, & bene, omnis huiusmodi actus virtutem coeigit. Actus vero bonus, sed adhuc non bene ad virtutem quidem ex suo genere spectat, quoniam a virtute non fit. Vt roque enim modo virtutis necessitatem actu, vel potentia inferat actus bonus.

In eodem secundo articulo aduerte, quod quemadmodum iustitiae proprius, & adequatus actus est reddere unicuique quod suum est, ita proprius, & adequatus religionis actus est reddere Deo debitum cultum, seu honorem, ut etiam in sequenti articulo in responsione ad secundum habes.

In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte, quod sicut de dictamine naturalis, rationis est in virtute temperantiae, ut homo medium teneat in cibo, & potu, & non quod hunc, vel illum cibum, aut potum assumat: ita in virtute religionis ex dictamine naturalis rationis est, quod medium teneat in ordinatione sui ipsius ad Deum. Sed quod has, vel illas caeremonias assumat ad ordinandum se ipsum in Deum, hoc est ex diuino, vel politico iure.

Unde sicut temperantia non negatur virtus propter indeterminationem materiae, ita nec religio resecanda est a virtutibus propter incertitudinem materiae, quae in actibus, quibus Deus colitur, consistit. Ad formale namque, non ad certam materiam spectandum est.

Art. praec. ad tertium.

Lib. a. in p. sup. 10. 3.

1. 2. q. 99. art. 3. ad 2. & q. 101.

1. 2. q. 55. ar. 2. 3. & 4. Et supra q. 58. art. 3.

Cap. 55. & ca. 3. to. 6.

q. 9. artic. 1. ad 1. & 2. q. 66. artic. 1. 2. 3. & 4.

¶ Super

¶ Super Questionibus evangelicae prima articulum secundum.

¶ In art. 1. eiusdem q. 1. q. in principio corporis artic. aduerte, quod auctor ab effectu formali